gaudio magno · Et erant semper in templo laudantes
et benedicentes dm̄ ··

# EXPLICIT EUANGELIUM SECUNDUM LUCAM ··

# INCIPIT ARGUMENTUM SECUNDU IOHANNEM

HIC EST IOHANNIS EUANGELISTA UNUS
ex discipulis di̅ qui uirgo electus a dō · e · quem de nup
tiis uolentem nubere uocauit ds̄ cui uirginitatis in hoc
duplex testimonium in euangelio datur quod et p̄ ceteris
dilectus a dō dicitur et huic matrem suam de cruce com
mendauit dn̄s ut uirginem uirgo seruaret. Denique
manifestans in euangelio quod erat ipse incorruptibilis
uerbi opus inchoans. Solus uerbum carnem factum ee̅
nec lumen a tenebris conp̄hensum fuisse testatur ··
Primum signum ponens quod in nuptiis fecit dn̄s et ut
ostendens quod erat ipse legentibus demonstraret ··
Quod ubi dn̄s inuitatur deficere nuptiarum uinum debe
at ut et ueteribus inmutatis noua omnia quae a xp̄o in
stituuntur appareant; De quo singula quaeque in mys
terio acta uel dicta euangelii ratio quaerentibus de
monstrat: Hoc autē euangelium scripsit in asia postea
quam in pharmos insula apocalipsin scripserat. Ut cui
in principio canonis incorruptibile principium in genesi
et cui incorruptibilis finis p uirginem in apocalipsi
redderetur; Dicente xp̄o ego sum · A et ω · Et hic · e ·
iohannes qui sciens sup uenisse diem recessus sui conuocatis